

Ibi : Secundo, animadvertendum est.

98 Quod damnatus, ut in vinculis sit in poenam delicti, non debeat fugere, etiam absque carceris fractione, est magis communis resolutio; sed aliqui doctissimi Juniores distinguunt inter carcerem valde strictum & incommodum, & inter non ita acerbum, ut à primo liceat, non sic à secundo fugere. Et quid si carcer sit perpetuus, vel si ad triremes quis damnetur. Videas Sanch. d. cap. 4. dub. 12. & 18. & Bonacin. ubi nuper. num. 14. Lugo d. disp. 40. n. 52. Gutier. d. cap. 24. n. 17.

99 Utrum carceris perpetui poena possit imponi? Tractant Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 89. Salced. ad Bernar. Diazin. prax. cap. 139. Bobadill. in politic. lib. 3. cap. 13. à num. 7. Fr. Emman. questio. regular. tom. 2. q. 22. art. 4. & pro gravissimis sceleribus posse quem ad carcerem perpetuum condemnari, verius est. Sed & temporalis detentio in vinculis publicis pro poena apud nos sepius stabilitur; l. 5. tit. 4. lib. 8. Recopil. coërcetur poena carceris pro uno mense, qui verba quaedam sacrilega ibi expressa in Deum, vel Beatam Virginem ejus Genetricem protulerit. L. 2. tit. 7. eod. lib. sic plebuntur ludis prohibitis utentes, si in bonis non habeant, unde poenam pecuniariam pendunt. L. 1. tit. 10. eod. lib. filii injuriantes verbaliter parentes, in carcere detineri jubentur; & aliis pluribus legibus eadem poena irrogatur, Bobadill. sup. n. 8.

Verf. Quarto ex principali.

102 Imò & hoc casu vim licet inferre possessori, ex communi Theologorum sententia: videndus Lugo tom. 1. disp. 10. sect. 9. n. 181. cum sequentibus.

103 Ubi respondet ad. l. si quis in tantam, Cunde vi, & similes prohibentes, propria autoritate res suas aliquem occupare, ea nixi præsumptione, quod scilicet semper potest per legitimam iudicis potestatem uniusquisque jus suum consequi; qua præsumptione cessante ubi in contrarium est veritas, non obligat earum constitutionum prohibitio in conscientia; ut regulare est in omnibus legibus, quæ in præsumptione fundantur; Gutier. canonicar. quest. lib. 2. c. 27. num. 11. Thom. Del-bene de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 8. dubit. 15. num. 7. D. Covar. in cap. cum esset, num. 16. de testament. latè Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 80. à princip. Molin. de iust. disp. 404. numer. 9. Pat. Vazq. 1. 2. tom. 2. disp. 163. cap. 2. num. 8. Pat. Suar. de legib. lib. 3. cap. 23.

Ad Num. 15.

104 Multi concedunt, posse quem rem propriam, vel sibi in specie debitam, clam capere, etsi judicialiter agere ad illam non sit impeditus: & saltem à culpa lethali capientem excusant, quia non est adeò grave illum juris ordinem pervertere; de quo in l. non est singularis. ff. de reg. jur. Ita Dian. 1. tom. tract. 2. miscellan. resol. 48. Lug. d. tom. 1. disp. 16. sect. 5. num. 91. apud quos Mol. Villalob. & alii, quod forsam admittunt propter expensas, & iudicii dubium eventum l. quod debetur §. de pecul. Suntque, qui ita lites execrantur, ut malint propria re carere, quam litigare, l. 4. §. potest etiam, verf. Non tamen; ff. de alienat. jud.

De tribus sequentibus illationibus agit Lugo d. sect. 5. quæ ab omnibus communiter recipiuntur.

Verf. Quinto, ut & hoc.

105 Adversus D. Covarr. est communis opinio, modo res æstimatione digna sit, docet Lugo ex pluribus d. sect. 9. num. 181. Vim autem inferre non licet debitori ad debitum solvendum, nisi res ipsa creditoris ab illo iniuste detineatur idem d. disp. 16. sect. 6. n. 133.

106

Ad Num. 16.

Simulatione uti posse, ac debere Judicem prudentem, aliis etiam exemplis comprobatur Bobad. lib. 2. cap. 5. num. 34. & cap. 21. num. 153. tenent Sanch. d. lib. 6. cap. 3. dub. 35. in princ. Plaza in epitom. delictor. lib. 2. cap. 37. Villadiego cap. 3. num. 225. Farinac. quest. 81. ex num. 276. ubi latè de simulationibus, quibus Judices uti solent, Barbof. in collect. ad cap. afferre, de præsumpt. Sayr. in clau. Reg. lib. 12. cap. 2. num. 5.

Verf. Similiter ex hoc oritur.

107 An ex confessione rei emissa propter impunitatem à Judice promissam possit sequi condemnatio? docent Anton Gom. variar. libr. 3. cap. 12. num. 6. Fachinæ controvers. libr. 9. cap. 61. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 367. ubi varias refert sententias, Petr. Navarr. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 246. Sanch. & Villadiego ubi proximè, Bobad. lib. 3. cap. 13. num. 10. cum sequentibus, & æquius, ac verius est, non posse; nam fides delinquentibus est servanda; Cevall. tom. 1. quest. 292. ubi alii.

108 In illa questione, an Judex, qui, impunitate promissa, suavit reo in Ecclesia existenti, ut ab ea exiret; communiter sequuntur DD. distinctionem D. Covar. in presenti, Ant Gom. sup. num. 7. Sanch. cons. moral. d. lib. 6. cap. 1. dub. 12. & ultra sup. laudatos Authores alii, quos adducit Bobad. d. cap. 13. num. 17. in gloss. lit. l. Thom. Del-bene tom. 2. cap. 16. dub. 24. num. 13. Cevall. sup. qui testatur de praxi, & quid si reus non dolo Judicis, sed alterius, ab Ecclesia recedat? Del-bene sup. num. 14. 15. qui distinguit, an Judex particeps fuerit fraudis, vel non.

AD CAPUT III.

Utrum fructuum ratio habeatur in restitutione in integrum, qua causa etatis sit.

SUMMARIUM.

- 1 DD. materiam tractantes referuntur.
- 2 Verbum, restituere, in sententia positum, quando fructus contineat.
- 3 Fructibus petitis cum re, qui Judicis officio debentur, si res restitui jubetur, reus censetur à fructibus absolutus.
- 4 Minori restitutione in integrum concessa, an sit res restituenda cum fructibus.
- 5 Intelligitur cap. ad nostram, de reb. Eccles.
- 6 Fendum est beneficium, quod propter officium conceditur.
- 7 Creditor dominus directus rei sibi in pignus data fructus ex ea perceptos suos facit.
- 8 Impugnatur interpretatio ab aliquibus tradita ad dict. cap. ad nostram.
- 9 Bonam fidem habet, qui scit, rem à se per restitutionem in integrum auferri posse.
- 10 Fructus alii naturales, & industriales alii.
- 11 Communis divisio fructuum.
- 12 Alia fructuum divisio.
- 13 De differentia, ac natura fructuum, remissivè.
- 14 Fructus civiles, proprie fructus non sunt.
- 15 Judicis arbitrio relinquuntur, qui sint fructus naturales, qui industriales.
- 16 In dubio fructus naturales potius censendi sunt, quam industriales.
- 17 Fructus naturales non queruntur bonæ fidei possessori etiam cum titulo.
- 18 Fructus naturales sunt bonæ fidei possessoris, etiam sine titulo, maxime consumptis.
- 19 Fructus omnes indistinctè ante litem contestatam percepti pertinent ad possessorem bonæ fidei.
- 20 Fructus naturales acquiruntur bonæ fidei possessori

- 21 cum titulo, sed eos tenetur restituere, ex quibus locupletior factus est.
- 22 Fructus consumpti videntur extare, ex quibus possessor locupletior effectus est.
- 23 Quando præsumantur fructus consumpti.
- 24 Possessor præsumitur locupletior factus ex fructibus, quos consumpsit.
- 25 Nullus proprium patrimonium jactare creditur.
- 26 Possessor bonæ fidei sine titulo fructus naturales suos non facit.
- 27 Possessor bonæ fidei fructus industriales extantes cogitur restituere.
- 28 Possessor bonæ fidei fructus industriales consumptos non restituit.
- 29 Conventus principaliter propter fructus perceptos independentes à re aliqua, eos restituit omnino, ex quibus locupletior factus est.
- 30 Conciliantur, l. qui bona 23. & l. bona fidei 48. ff. de acquir. rer. dom. cum. l. qui scit 25. §. fin. ff. de usufr.
- 31 Non videtur quis capere, quod alii tenetur restituere.
- 32 Fructus bona fide possessi per triennium usu capiuntur.
- 33 An qui fructus consumpsit ante triennium à die perceptionis, & post illud convenitur, debeat restituere eos, ex quibus locupletior factus est?
- 34 Ujucapio sine possessione non procedit.
- 35 Subrogatum sapit naturam ejus, in cuius locum subrogatur.
- 36 Si possessor fructus usucapiat, cessat eorum restitutio.
- 37 Res propria à domino usucapi non potest.
- 38 Quod meum est, amplius meum fieri nequit.
- 39 Error juris bonam fidem parit quoad fructuum acquisitionem.
- 40 Errans in jure nec malam, nec bonam fidem censetur habere.
- 41 Errans in jure, quoties jus actui resistit, suos fructus non facit.
- 42 Error non præsumitur.
- 43 Præsumptio cedit veritati.
- 44 Ad fructuum acquisitionem, malam fidem abesse sufficit.
- 45 Distinctio quaedam cum D. Covar. rejicitur, remissivè.
- 46 Juris & facti errore concurrente, bona fides oritur.
- 47 Abbas non exemptus nequit bona monasterii sui alienare absque consensu Episcopi.
- 48 Abbas etiam exemptus ad alienationem rerum exiguarum debet petere licentiam ab Ordinario, ubi talis fuerit consuetudo.
- 49 Ubi recepta est extravagans, Ambitiose, de reb. Eccles. Abbas non valet alienare immobilia, aut mobilia pretiosa, absque assensu Pontificis.
- 50 Quæ solemnitates requirantur in alienatione rerum Ecclesiasticarum? remissivè.
- 51 Alienatio rei Ecclesiastica sine debita solemnitate, est ipso jure nulla.
- 52 Ecclesia ob enormissimam lesionem competit post quadriennium etiam restitutio.
- 53 In restitutione in integrum ex justitia veniunt fructus.
- 54 Pontifex, ubi aliquid ex benignitate indulget, id exprimit, ne jus commune inducatur.
- 55 Additur alius intellectus ad d. cap. ad nostram.
- 56 Vivente Prelato, qui alienavit, non labitur Ecclesia quadriennium ad petendam restitutionem.
- 57 Quanta debeat esse lesio, ut restitutio in integrum concedatur.
- 58 Relinquuntur Judicis arbitrio.

- 58 Judices fideles esse non debent ad concedendam restitutionem in integrum.
- 59 Restitutio non est concedenda ob minimam lesionem.
- 60 Concedi debet ob grave detrimentum.
- 61 Intelligitur l. scio, ff. de integ. restitut.
- 62 Etiam prudentissimi solent decipi contrabentes in exigua quantitate.
- 63 Minor lesio non restituitur, si prudenter se gessit in actu, contra quem restitui desiderat.
- 64 Non est æquum, ut contractus maximæ quantitatis ob leve damnum minoris rescindatur.
- 65 Ad concedendam Ecclesia restitutionem quanta desideretur lesio.
- 66 Judicis arbitrio relinquuntur.
- 67 Remedio ordinario existente, cessat extraordinarium.
- 68 Minor restitutus ob lesionem in pretio, rem præcisè avocare non valet, & infra num. 93.
- 69 Contrarium qui doceant.
- 70 Judex tunc sequitur opinionem communem, quam maluerit.
- 71 Judici licet amplecti sententiam, quam ipse minus probabilem putat.
- 72 Agens remedio l. 2. C. de rescindend. vendition. fructus non consequitur ante litem contestatam perceptos.
- 73 De minimis non curat Prator.
- 74 Licitum est contrahentibus, se invicem decipere.
- 75 Pro re minima actio furti non datur.
- 76 Fama hominum plurimi haberi debet.
- 77 Fama est vitæ charior.
- 78 Damnatus furti, infamia notatur.
- 79 Ubi de poenis disputatur, benignior pars eligenda est.
- 80 Poena sunt restringenda, non amplianda.
- 81 Intelligitur textus in §. Gallinarum, Inst. de rer. divis.
- 82 Non est idem, furtum committere, & furti actione teneri.
- 83 Dolosus est, qui vel in uno nummo alterum decipit.
- 84 Dolus non in quantitate, sed in facti qualitate consistit.
- 85 Prator præ oculis æquitatem semper debet habere.
- 86 Actio de dolo pro re minima non datur.
- 87 Interpretatur l. vulgaris, ff. de furt.
- 88 Non tam verbis, quam menti Legislatoris standum est.
- 89 Ecclesia enormissimè lesa usque ad triginta annos restituitur.
- 90 Intellectus l. fin. tit. fin. part. 6. in prima parte; remissivè.
- 91 De ejusdem legis interpretatione in secunda parte; remissivè.
- 92 Restitutus, quia lesus fuit in pretio, non avocatur rem præcisè, juxta Communem; vide supra, num. 62.
- 93 Ratio decidendi ad dict. cap. ad nostram, traditur.
- 94 Fructus feudi præsumuntur æquales labori, & obsequio vassalli.
- 95 Vassallo omnis utilitas feudi debetur.
- 96 In datione in feudum locus non est l. 2. C. de rescindend. vendit.
- 97 Non est proprie feudum, quod conceditur pro annua pensione.
- 98 In restitutione ex gratia fructus non veniunt, secus ex justitia.

AD rem hanc consulendi sunt, Gutierrez practica, quest. lib. 4. quest. 69. Sforcia Oddus de restit. in integr. 1. part. quest. 45. artic. B. 4. 2. Pichard.

2. Pichard. in §. extraneis, num. 53. cum sequentibus, Instit. de heredum qualitat. Surd. decis. 45. Pinel. in l. 2. cap. 4. C. de rescind. vendit. Morla in emp. jur. tit. 5. de in integr. restitut. 1. part. quest. 1. num. 31. Cancer. variar. part. 2. cap. 1. à nu. 287. Molin. de instit. & jur. disp. 575. Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, part. 2. à nu. 53. ff. de liber. & posthum.

Ad Num. 1.

2. Verbum restituere, in sententia positum, an fructuum condemnationem contineat? controversitur & est pro utraque parte communis opinio. Sed hæc resolutio tenenda est, quod cum ex natura actionis veniunt fructus, ut in actionibus restitutoriis, iudiciis universalibus, & similibus, ex eo quod Judex, restituere, verbo utitur, res cum fructibus reddi debet; secus si actio ejus naturæ non sit, Castil. quotidian. libr. 5. cap. 135. nu. 20. Parlador. different. 42. nu. 10. Pont. decis. 25. nu. 9. & 10. No-guerol. alleg. 8. nu. 42. latè Hermol. in l. 28. tit. 5. part. 5. gloss. 2. ex nu. 95. qui à nu. 98. cum Surd. decis. 98. docet, quod si petantur fructus cum re, 3 ubi officio Judicis debentur, & Judex restituere jubear rem, censetur reus à fructibus absolutus, neque amplius ad eos agi poterit.

Ad Num. 2.

Verf. Erit igitur expeditum.

4. Ex DD. in principio hujus capituli laudatis constat, receptissimum esse, minori per in integrum restitutionem, rem cum fructibus à die contractus perceptis fore reddendam; quibus adjungendi sunt Cyriac. controvers. tom. 2. cont. 321. nu. 77. Gamma decis. 312. nu. 1. ubi Flores de Mena. Cevall. commun. tom. 3. quest. 763. nu. 68. Meneses in l. 2. 30. C. de rescind. vendit. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. inspect. 7. Menchaca controvers. usufrequent. lib. 3. cap. 65. 69. Ant. Gom. Lusitan. decis. 212. Caldas in l. si curatorem habens, verb. Implorandum, nu. 13. Aliqui nihilominus contra sentiunt, Molin. nu. 4. Rebus. tom. 2. ad leg. Gallicas rubric. de restitutionib. gloss. 3. nu. 32. atque idem sensisse Senatam Grauanopolitanam, testis est Francisc. Marc. quest. 21. part. 1. restitutor. de praxi Pinell. dict. cap. 4. nu. 7. qui sentiunt, à die litis contestatæ fructus deberi; de quo videndi sunt Guttier. & alii supra.

Ad Num. 3.

5. De interpretatione cap. ad nostram, de reb. Eccles. agunt, Guttier. Pinel. Mol. Morla ubi supra, & alii, quos congerit Barbof. in collect. ad eum textum, & inter varios intell. edus ille magis arridet, quem ex Menchaca refert Uffel. in present. ideo enim fructus non restituuntur in illa specie, quod cedant feudatario in compensationem obsequii, quod tanquam vassallus exhibere Monasterio tenebatur, quo referenda sunt illa verba Pontificis: Cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore. Qui nequaquam loquitur de labore fructuum percipiendorum, nam iniquum esset propter hunc, possessorem universos fructus lucrari, cum sufficeret, partem aliquam in mercedem ipsius relinquere, maxime cum ita fuissent uberes, ut ibi refertur; quod advertit D. Covarr. numer. sequenti, cum Costa in dict. §. & quid si tantum, 2. part. nu. 75. Retinet ergo omnes fructus 6 feudatarius (quos aliis restituere compelleretur)

propter obsequium; nam feudum est beneficium, quod ob officium datur: cap. unico, de vassall. milit. qui arm. bellic. deposuit. Sic dominus directus sine distinctione fructus universos suos facit (licet aliqui aliud doceant) è re feudali perceptos, sibi in pignus à vassallo data, nec in sortem computat; quia cum interim cesset obsequium non debent ad feudatarium pertinere; cap. 1. ubi Gloss. de feud. cap. conquestus de usur. Barbof. in collectan. ad dict. cap. 1. ubi plures laudat.

Ad Num. 4.

Verf. Secundo, prefata decisio.

Intellectus hic divinat, restringens generalia Pontificis verba, qui indistinctè decidat, fructus feudatario relinquendos; & ita textum interpretantur communiter Doctores, prout ex nuper allegatis apparet. Præterea expeditum non est omnino, fructus non esse minori restituendos, si consumpti sint, nec possessor ex eis fuerit locupletior factus, ut videre est apud Guttier. nu. 25. & Odum, nu. 20. & ubi lex generaliter loquitur, distinctio adhiberi non potest, l. de pretio 10. ff. de public. in rem action. Del-bene supra cap. 3. dubi. 12. nu. 9. Tuf. h. lit. D. conclus. 508. Augult. Barbof. axiomat. 136. nu. 4. ubi multi.

Ad Num. 5.

Bonam fidem habere, qui scit rem à se per restitutionem in integrum auferri posse, docet cum Molin. dict. disp. 575. Guttier. n. 24.

Ad Num. 6.

Hanc fructuum divisionem in naturales, & industriales, sequuntur Pinel. d. cap. 4. nu. 52. Sanch. oper. moral. lib. 2. cap. 23. nu. 52. apud quem Joann. Cop. Guttier. Menoch. & Castillo. Sed communiter juris interpretes tertiam admittunt speciem fructuum, quos Civiles appellant, Marefcot. variar. lib. 1. cap. 64. nu. 1. Carleval. tom. 2. tit. 3. disp. 34. nu. 21. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quest. 53. nu. 17. Escobar de rariocin. cap. 29. nu. 4. Pichard. in §. si quis à non domino, nu. 7. Inst. de rer. divis. Alii aliter dividunt fructus, in naturales, industriales, ac mixtos, qui autem sint naturales, qui industriales, qui civiles, & mixti? præfati docent DD. Illud verò compertum est, vecturam navis, pensiones domorum, lucrum ex mercatura, &c. quæ fructus civiles nuncupantur, propriè fructus non esse, sed eorum vices gerere, l. mercedes 29. ff. de petit. hered. l. cum servus 39. §. fructus ff. de leg. 3. l. usura 34. ff. de usuris, Lugo, qui ultimam proximè traditam fructuum divisionem probat, de just. & jur. tom. 1. disp. 17. nu. 38. Sanch. nu. 53. Carroc. de locat. tit. de verb. signif. quest. 10. nu. 5. Cyriac. dict. tom. 2. contr. controvers. 397. nu. 20. & 21. Qui autem fructus naturales, & qui industriales censeantur? Judicis arbitrio discernendum est, illa præmissa regula, quod denominantur à potiori causa nam quod producitur naturà ipsa, nulla, aut modica homini industria interveniente, fructus est naturalis; sed ubi magis labore humano, quàm naturà quid nascitur, inter fructus industriales habetur; Sanch. nu. 48. & 49. Menoch. de arbitr. cas. 210. nu. 19. Verum si contingat, in fructuum productione ita concurrere naturam, & hominis industriam, ut vel prudentissimus Judex assequi non valeat, cui magis tribuen-

tribuendum sit, fructus naturalis causa in dubio debet prævalere; l. qui habet, ff. de tutel. Sanch. nu. 50. Menoch. conf. 51. nu. 28. Tiraquell. de utroque retract. §. 10. gloss. 1. nu. 26. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 50. à nu. 4.

Verf. His sane præmissis.

- 17 Circa fructus naturales perceptos à bonæ fidei possessore, aliis omissis minus probabilibus, triplex est sententia. Prima habet, minimè acquiri percipienti, etsi titulo sit munitus; hæc nititur l. fructus 45. ff. de usur. defenditurque communiter à pluribus, quos recenset Sanch. nu. 65. Secunda huic opposita docet, possessorem bonæ fidei, licet titulo careat, fructus naturales irrevocabiliter sibi acquirere, maxime si consumpti sint; pro qua facit l. bonæ fidei 48. de acq. rer. dom. & §. si quis à non domino, Inst. de rer. divis. eamque sustinent Ant. Faber. lib. 4. conjectur. cap. 17. Fachin. controvers. jur. lib. 1. cap. 57. qui alios memoratur, & ita in praxi obtinuisse testantur Bellamer. in cap. gravis, n. 8. & 9. de rest. spoliat. Petr. Barbof. in l. divorcio 8. in princ. p. 2. n. 48. Pinel. d. cap. 4. nu. 47. 56. & 60. qui duo ultimi DD. asserunt, in iudiciis non inspici, an fructus industriales sint, vel naturales, nec utrum consumpti sint, nec ne? sed indistinctè omnes possessorem bonæ fidei lucrari, quos ante litem cæptam percepit.
- 20 Tertia inter utramque media asserit, eum possessorem habentem titulum, fructus naturales sibi querere cum onere restituendi extantes, vel etiam consumptos, ex quibus locupletior fuerit effectus: & quoad primam partem, habet pro se dict. l. bonæ fidei, & d. §. si quis à non domino: Ultima suadet ex æquitate, l. si & me, & Titium 32. ff. si cert. pet. & ex l. certum 22. C. de rei vendic. dum in ea deciditur, fructus extantes fore restituendos, nam & illi, ex quibus is, qui consumpsit, ditior factus est, in ejusdem patrimonio æquivalenter extant, Lugo ubi nuper, nu. 19. atque his, & aliis fundamentis cum D. Covarr. sentiunt. Menoch. de ad. pisc. posses. remed. 15. nu. 580. & sequenti, Cujac. in d. §. si quis à non domino, Sanch. plurimos allegans nu. 68. & est valde communis, maxime apud Theologos, de quo videndi etiam sunt, Garcia de expens. cap. 23. nu. 35. 36. Pichard. in d. §. si quis à non domino, nu. 13. 14. Spin. in specul. testamentor. gloss. 13. princip. nu. 50. 51. Rebell. de obligat. instit. p. 1. lib. 2. q. 4. nu. 8. conclus. 2. & nu. 11. conclus. 4. Didac. Perez in l. 1. gloss. 1. col. 1. tit. 13. lib. 3. ordinament. Donell. commentar. jur. civil. lib. 20. cap. 5. col. 10. 15.
- 22 Juxta quam opinionem duo notanda sunt. Primum, cum dubitatur, an fructus extant, vel sint consumpti? Si ante triennium à die collectionis agatur, possessor probare debet consumptionem: at post illud tempus, probationis onus incumbit agenti, ut eos extare ostendat; sic Sanch. ex aliis nu. 74. Secundum, num qui fructus consumpsit ex illis ditior factus præsumatur? & Pinel. n. 64. sentit ditiozem præsumi; & est communis opinio, cui subscribuntur relati à Menoch. nu. 587. Ipse tamen contrarium docuit, sequutus quod magis receptum in praxi affirmat; sed pro prima sententia facit, quod nemo patrimonium suum prodigere creditur, l. cum de indebito 25. ubi notatur, ff. de prob. & sic consumendo fructus, possessorem in propriam utilitatem eos impedisse præsumendum erit, nisi contrarium per eundem probetur.

Verf. secunda conclusio.

De hac conclusione consulendi sunt DD. in proxima allegati, præsertim Sanch. Pichard. & Menoch. qui differentiam admittunt cum D. Covarr. inter possessorem cum titulo, & sine illo, quoad acquisitionem fructuum naturalium; sed ipsam re probat Pinel. asserens, raro evenire posse, dari absque titulo bonam fidem: & tandem concludit, quod, etsi contingat, talis possessor non teneatur ad horum fructuum restitutionem; sicut enim jure usucapio introducta est, ita & acquisitio fructuum pro cultura & cura potuit bonæ fidei possessori concedi, prout præallegatis legibus aperte concessa est, nullibique de institutione tractatur saltem quoad consumptos.

Verf. Tertia conclusio.

Omnium ferè est concors sententia, possessorem bonæ fidei fructus industriales extantes fore restituendum, juxta d. l. certum, nisi jam illos usuceperit; Pinellus autem inficiatur volens, quoad hoc, d. constitutionem in usu non esse; sed & dici potest, verbum, extantes, pro pendentibus accipiendum.

Licet pluribus placeat, maxime Theologis, bonæ fidei possessorem teneri etiam ad restitutionem fructuum industrialium consumptorum, cum ex illis ditior invenitur, Sanch. cum multis, nu. 77. Menoch. nu. 598. Contrarium verius, ac in praxi receptius, testantur Cevall. tom. 1. quest. 119. Marefcot. lib. 2. cap. 112. nu. 59. Pinel. dict. cap. 4. Bellamer. dict. nu. 8. Ant. Gab. comm. lib. 5. tit. de acquirend. rer. domin. concl. 2. nu. 3. Garcia supra n. 40. in fine, & stylo Rotæ comprobatur, pro qua opinione sunt apertissima jura in l. 39. tit. 28. p. 3. ubi Greg. Lop. & in l. si contra, C. si ignor. rem. min. quibus nullus æquè satisfacit, quare Sanch. nu. 85. & 86. d. l. Regia restrictus docet, primam sententiam, quam amplectitur, de jure Castellæ veram non esse, admittens correctionem juris communis, quæ omnino vitanda est, l. precipuus cum vulgatis, C. de appellat. Tufch. lit. C. conclus. 1036. Surd. decis. 21. nu. 19. Pichard. ad princip. n. 34. Inst. de leg. Falcid. Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. nu. 41. 42.

Sed Marefcot. ubi proxime, nu. 63. docet cum aliis, D. Covarr. sententiam omnino tenendam, usque approbari, quoties principaliter, & independentè à re aliqua ad fructus agitur; veluti si quis annuas præstationes, quibus fuerat spoliatus, sibi restitui postulare; nam perceptæ, sunt restituendæ, etiam consumptæ, si locupletior extet possessor ex illis.

Ad Num. 7.

Contrarietatem continere textus in l. qui bona 25. & dict. l. bonæ fidei, cum l. qui scit 25. §. fin. ff. de usur. usum fuit Eguinario, & Hotom. in dict. §. si quis, Menoch. de 15. nu. 614. in fine. Joann. Cop. in tract. de fruct. l. 2. tit. 4. c. 5. n. 5. & 6. At cum expedit jura juribus consiliari, cap. cum expedit. 29. ubi notant DD. quorum plures congerit Augustin. Barb. ibi, de elect. lib. 6. Ceval. com. t. 2. q. 758. n. 38. Del-bene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. cap. 16. dubitat. 5. n. 6. Tufch. lit. C. conclus. 1008. num. 7. Cyriac. tom. 2. controvers. 387. num. 39. 40. Alderan. Mascard. de statut. conclus. 8. num. 65. cum seqq. varia pro eorum textuum conciliatione Interpretes